

# PROF. ANDREAS FROELING

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1629 in Northeim
Gestorben	1683 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. Philosophie und Logik in Helmstedt (1657–1674); Theol. Prof. in Helmstedt (1674–1683);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Andreas Frölingius Northeimensis (14.10.1648)
Ehefrauen	Wunigunde Elisabeth Froeling geborene Honakius (11.12.1636–11.04.1690), Heirat 1660
Quelle	Ahrens 2004, S. 84
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/116831146">https://d-nb.info/gnd/116831146</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-77-froeling">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-77-froeling</a>

## Lehrstühle

1657–1674 Lehrstuhl für Logik, Helmstedt

1674–1683 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Vorlesungen (106)

Andreas Frölingius Log. Prof. ijs, quae de natura origine, & progressu Philosophiae, varijs item Philosophorum, sectis προλεγομένων loco hactenus disseruit absolutis, ipsam statim Logices explicationem auspicabitur. [...], Sommersemester 1658

[...] Privatim cum alia, quae e re studiosae juventutis fore intellexerit, exercitia, tum primo omnium Metaphysicum & lectionum & disputatorium instituet. [...], Sommersemester 1658

[...] Insuper de varijs materijs propediem publice disputabit., Sommersemester 1658

[...] Disputationes varij generis publice habebit. [...], Sommersemester 1659

[...] Privatim, simul ac praelectiones & disputaiones de rebus naturalibus ad finem perduxerit, Metaphysicam pari ratione pertractabit: alijs etiam studiosorum juvenum desiderijs non defuturus., Sommersemester 1659

Andreas Froelingivs Log. Prof. parte Logices communi, quam vocant, absoluta propriam explicare aggredetur. [...] Docet hora tertia., Sommersemester 1659

[...] Privatim praelectiones in compendium B. Horneij continuabit: quibus absolutis porro non deerit desiderijs studiosae juventutis. Dabit etiam propediem reliquas de Natura Logicae, aliasque disputationes., Wintersemester 1659/1660

Andreas Froelingivs de ratione demonstrandi doctrinam ex Aristotele tradere perget. [...], Wintersemester 1659/1660

[...] Privatim Metaphysicam primum, ac Analyticam sive rationem demonstrandi docebit; post etiam alia suo tempore significanda., Sommersemester 1660

Andreas Frölingivs Cornelij Martini de Analysis logica Tractatum explicare, & publicis disputationibus, quarum VI hactenus habuit, ventilare perget. Qua opera absoluta ad Logicam interpretandam

revertetur. Reliquas etiam de Natura Logicae Exercitationes edet, quamprimum Respondentium munere functuri sese obtulerint. [...] Docet hora 7., Sommersemester 1660

Andreas Frölingivs Logices interpretationem, quam brevi absolvet, denuo auspicabitur, operamq; dabit, ut non adeo longi temporis spatio ad finem perducatur. [...], Sommersemester 1661

[...] Quae alia cum lectoria tum disputatoria exercitia nonorum rogatu instituet, suo tempore significabit. Maturabit quoq; editionem libri de demonstratione Barthol. Viotti plurimis desiderata., Sommersemester 1661

Andreas Froelingivs Logices explicationem continuabit. Seorsim praeter aliae interpretabitur Bartholomaei Viotti libros de Demonstratione nuper a se editos & publicis disputationibus subjiciet. Docet hora VII., Wintersemester 1661/1662

[...] Suas etiam de Natura Logices disputationes complebit, aliasque de selectis materijs adjunget., Sommersemester 1662

Andreas Froelingivs Disquisitiones Logicas, quarum rationem edito programme exposuit, publice habere perget. Quibus absolutis ad interpretationem Logices revertetur. Seorsim de recta disputandi ratione nona tradet, simul Novorum Sophistarum Artes & Methodos examinaturus. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1662

Andreas Frölingivs interpretationem Logices usque ad doctrinam de Syllogismo deductam continuabit, deque eximijs materijs, modo Respondentes praesto fuerint, publice disputabit. [...], Wintersemester 1662/1663

[...] Quae privatim haut ita pridem exorsus est sedulo urgebit, deinceps etiam alijs Studiosorum desiderijs non defuturus., Wintersemester 1662/1663

[...] Privatim simul ac quae nunc urget, ad finem perduxerit, alijs studiosae juventutis desiderijs non deerit. Insuper de eximijs materijs dissertationes edet, modo fuerint, qui Respond. vices subire volent., Sommersemester 1663

Andreas Frölingivs quae in tractatu Cornelij Martini de Analysis Logica explicanda restant, absolvet, ac publicis disputationibus ventilanda proponet; inde ad Logicae interpretationem revertetur. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1663

Andreas Frölingivs postquam de natura, origine & propagatione Philosophiae, optimisque ejus interpretibus dissertationes absolverit, Logicae disciplinae interpretationem aggredietur. [...] Docet hora septima., Wintersemester 1663/1664

[...] Quas ante aliquot hebdomadas privatim exorsus est philosophicas diatribas porro urgebit, simul alijs aliorum desiderijs non defuturus. [...], Wintersemester 1663/1664

[...] Unam atque alteram disputationem propediem publice proponet., Wintersemester 1663/1664

[...] Privatim quae rogatu quorundam se institutum recepit exercitia finitis ferijs Paschalibus aggredietur & strenue urgebit. [...], Sommersemester 1664

[...] Reliquas περί παιδείας disputationes, quamprimum Respondentes adfuerint, edet, deque alijs materijs publice disputabit. , Sommersemester 1664

[...] Qua absoluta ea quae praelegendo tradiderit, per publicas disquisitiones cum auditoribus repetet. [...], Sommersemester 1664

Andreas Frölingivs Logices interpretationem, quam usque ad doctrinam Topicam deusit, continuabit. [...], Sommersemester 1664

Andreas Frölingivs Logices interpretationem haut ita pridem coeptam continuabit, dabitque operam, ut futuro semestri ad finem perducatur. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Postquam absolverit quae nunc privatim urget, quod propediem fiet, alijs studiosorum

desiderijs non deerit. [...], Wintersemester 1664/1665

[...] Disputationes etiam varijs argumenti edet ac publice habebit., Wintersemester 1664/1665

[...] Disputationes etiam varii argumenti publice habere perget., Sommersemester 1665

[...] Quae privatim nuper exorsus est, strenue urgebit, iisque ad finem perductis ad alia, ex usu studiosorum futura, animum appellet. [...], Sommersemester 1665

Andreas Frölingivs Logices parte communi absoluta, propriam quam vocant, finitis feriis explicare aggredietur. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1665

Andreas Frölingivs Cornelii Martini de Analyti Logica libellum publice perget explicare, eaque opera absoluta ad ipsas praeceptiones Logicas tradendas revertetur. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1665/1666

[...] Quod si easdem interea noni privatim sibi proponi expetiverint, eorum desideriis minime defuturus est. [...], Wintersemester 1665/1666

[...] Disputationes etiam varij argumenti publice habebit., Wintersemester 1665/1666

[...] Privatim de recta disputandi ratione diatribas instituet; nec iis defuturus, qui publice ingenij vires illa in re periclitati voluerint., Sommersemester 1666

Andreas Frölingivs interpretationem Logicae non ita pridem denuo inchoatam continuabit. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1666

Andreas Froelinigivs Logicae interpretationem, quam usque ad doctrinam Demonstrationis perduxit, deinceps continuabit: qua absoluta usum ejusdem disciplinae seorsim ostendere instituet. [...], Wintersemester 1666/1667

[...] Quae privatim tractaturus sit, brevi ex consuetudo loco significabit, [...], Wintersemester 1666/1667

[...] neque deerit ullis qui in disputando sive publice [...], operae aliquid ponere voluerint., Wintersemester 1666/1667

[...] neque deerit ullis qui in disputando [...], sive privatim, operae aliquid ponere voluerint., Wintersemester 1666/1667

Andreas Frölingivs simul ac Tractatus Corneliani de Analyti Logica interpretationem ad finem perduxerit, quod propediem fiet, ad ipsam disciplinam Logicam, quantum fieri potest, breviter & perspicue proponendam denuo accedet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1667

[...] Privatim quae post demonstrandi & recte disputandi rationem domi suae traditam & nuper absolutam tractaturus sit, brevi significabit, id inter alia praecipue spectaturus, ut Studiosi juvenes ansam habeant praecepta hactenus proposita ad usum transferendi. [...], Sommersemester 1667

[...] Sed & publice disputaturis operam suam lubens promptusque porro commodabit., Sommersemester 1667

[...] ad privatas etiam operas revertetur, quas studiosae juventuti commodas fore intellexerit., Wintersemester 1667/1668

Andreas Frölingivs h.t. Pro-Rector quantum per Academiae negotia licebit, in publicis praelectionibus habendis officio suo non deerit. Simul ac Magistratu abierit, [...], Wintersemester 1667/1668

Andreas Frölingivs disciplinam Logicam ea, qua hactenus usus est ratione, proponere perget. [...], Sommersemester 1668

[...] Iis, quae privatim nunc tractat, absolutis, quod brevi futurum, ad alia sive legendo sive disputando peragenda accedet, studiosae juventutis desideris sese libenter accomodaturus. [...], Sommersemester 1668

[...] Sed & publicas disputationes de variis argumentis habere progredietur., Sommersemester 1668

[...] Ea, quae privatim nunc tractat, strenue deinceps urgebit, iisque ad finem perductis alia statim aggredietur, quae studiosorum juvenum desideriis accommodata fore intelliget. Neque umquam deerit iis, qui sive privatim sive publice disputando sese voluerint exercere., Wintersemester 1668/1669

Andreas Frölingivs postquam Logicae disciplinae interpretationem absolverit, quod brevi fiet, eandem publicis disquisitionibus repetere constituit. Qua opera finita vel Cornelii Martini de Analyti Logica libellum explanabit, vel insigniores controversias Logicas proponet. [...], Wintersemester 1668/1669

[...] Neque unquam deerit iis, qui [...] sive publice disputando sese exercere volent., Sommersemester 1669

[...] Neque unquam deerit iis, qui sive privatim [...] disputando sese exercere volent., Sommersemester 1669

[...] Interim eandem, in gratiam eorum, qui nuper huc advenerunt, privatim proponet. Sed & ea, quae itide domi jam tractat, strenue urgebit, iisque ad finem perductis ad alia, quae studiosae juventuti grata & accomodata fore intellexerit, animum applicabit. [...], Sommersemester 1669

Andreas Frölingivs interpretationem tractatus Cornelii Martini de Analyti Logica haut ita pridem institutam continuabit: Qua absoluta ad ipsam ratiocinandi artem explicandam revertetur. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1669

Andreas Frölingivs quas de recta disputandi ratione nuper habere instituit praelectione continuabit: iisque absolutis ad disciplinam Logicam explicandam revertetur. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1669/1670

[...] Interim domi & hanc ipsam, & insigniores in ea occurrentes controversias diversis Auditoribus proponere perget. [...], Wintersemester 1669/1670

[...] Quibus exercitijs ad finem perductis ad alia animum applicabit, quae studiosorum juvenum desideriis accommodata, iisve magis utiliafore intellexerit. Si praeterea quidam opera ejus ad disputandum sive publice sive privatim uti voluerint, promptum se paratumque exhibebit., Wintersemester 1669/1670

[...] Ad disputatoria exercitia, [...] sive publice instituenda quibusvis ea petituris promptum paratumque, se exhibebit., Sommersemester 1670

[...] Ad disputatoria exercitia, sive privatim [...] instituenda quibusvis ea petituris promptum paratumque, se exhibebit., Sommersemester 1670

[...] Domi cum alia studiosae juventuti accommodata futura, tum Aristotelis Analytica, in priora & posteriora ab interpretibus distincta, quibus doctrina de Syllogismo & demonstrandi ratione accurate traditur, explicabit, si fuerint, qui utilissimo & maxime necessario studio temporis atque operae aliquid una impendere velint. [...], Sommersemester 1670

Andreas Frölingivs Praelectiones Logicas haut ita pridem denuo inchoatas continuabit, quaeque iis tradiderit, disputando per intervalla repetet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1670

Andreas Frölingivs Praelectiones & per intervalla institui solitas disputationes Logicas publice continuabit. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1670/1671

[...] Privatim Analytica Aristotelis cum priora tum posteriora, quae vocantur, interpretari perget; operamque simul dabit, ut quod sub praelo jam fudat, Philosophi Organum, studiosae juventutis commodo, quam primum fieri poterit, integrum prodeat. Si qui disputando ingenij vires periclitari, suosque in Philosophia profectus vel augere vel confirmare voluerint, his etiam suum studium pollicetur., Wintersemester 1670/1671

Andreas Frölingivs ijs, quae de ratione demonstrandi hactenus tradidit, absolutis ad doctrinam Topicam, ejusq. appendicem de sophisticis Elenchis explicandam progredietur: ac per vices quae docuit publice examinanda more solito proponet. Inde Cornelij Martini eximium de Analyysi Logica libellum tum praelectionibus tum disquisitionibus instituendis illustrabit, illiusque ductu multiplicem Logicorum praeceptorum usum commonstrabit. [...] Docet hora VII.; Sommersemester 1671

[...] Ipsam Logicam disciplinam privatim compendiaria via pertractabit; alijs etiam studiosae juventutis desiderijs non defuturus., Sommersemester 1671

Andreas Frölingivs in tractatu Cornelii Martini de Analyysi Logica interpretando jam versatur: [...] Docet hora VII., Wintersemester 1671/1672

[...] qua opera ad finem perducta, ipsam disciplinam Logicam, quam nunc domi cum praelegendo tum disputando tractat, denuo proponere aggredietur. Quae pro re nata privatim tradere in animum induxerit, tempestive significabit., Wintersemester 1671/1672

Neque deerit ijs, qui disputando [...] sive privatim sese exercere voluerint., Sommersemester 1672

[...] Neque deerit ijs, qui disputando sive publice [...] sese exercere voluerint., Sommersemester 1672

[...] Domi potiores controversias Logicas primum explicabit; ad alia deinde, quae sudiosorum desiderijs accommodata esse intelliget, progressurus. [...], Sommersemester 1672

Andreas Frölingivs postquam praelectiones tum de recta disputandi ratione, tum περί εὐπορίας τῶν προτάσεων mensibus proxime elapsis habitas nuper ad finem perduxit, exactis ferijs ipsam disciplinam Logicam proponere denuo aggredietur. [...] Docet hora VII. , Sommersemester 1672

[...] Domi potiores controversias, quae in disciplina ratiocinandi occurrunt, proponere & explicare perget: exercitium quoque disputatorium brevi inchoaturus. Quamprimum nova Organi Aristotelici editio, cujus absolutionem varia impedimenta aliquantisper sufflaminarunt, perfecta prodierit, aliquam illius partem, sive Analyticam sive Topicam, prout Auditoribus gratum commodumque fore intellexerit, interpretari aggredietur. Sed & ne alijs studiosae juventutis desiderijs ullo modo deesse videatur, operam porro dabit., Wintersemester 1672/1673

Andreas Frölingivs Publicas praelectiones ad ductum Compendii Dialect. B. Horneij institutas, & ad doctrinam de Enunciationum oppositione deductas sedulo continuabit. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1672/1673

Andreas Frölingivs Methodum demonstrandi cum dictando nona ad calamum, tum eadem discursu ilustrando tradere perget: qua absoluta ad Topicam & deinceps ad doctrinam de Elenchis sophisticis explicandam progredietur. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1673

[...] Domi exercitium disputatorium continuabit, eique feriis exactis alia, inprimis autem compendiariam Artis Logicae expositionem, adjunget. Sed & publice disputando ingenii vires periclitaturis operam suam lubens commodabit., Sommersemester 1673

Andreas Frölingivs praelectionibus Logicis in Compendium Dialect. B. Horneij ad finem perductis Cornelij Martini de Analyysi Logica tractatum explicare aggredietur. [...], Wintersemester 1673/1674

[...] Domi quas jam tum habere instituit diatribas sedulo continuabit, ijsdemque cum alia, tum Analyticorum Aristotelicorum interpretationem, adjunget: non defuturus etiam ijs, qui Disputando sive publice sive privatim sese exercere viresque ingenij periclitari voluerint., Wintersemester 1673/1674

Andreas Frölingivs. Cornelii Martini de Analyysi Logica librum interpretari perget. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1674

[...] Quae privatis exercitiis, quibus jam occupatus est deinceps alia sit additurus, tempestive

significabit., Sommersemester 1674

Andreas Frölingivs de recta disputandi ratione praecepta ad calamum dictando proponet, additisque discursibus illustrabit., Wintersemester 1674/1675

Andreas Frölingivs Praemissis Prolegomenis Novi Foederis scriptorum interpretationem propediem aggredietur, & quantum per varias muneris ecclesiastici occupationes licebit, strenue continuabit. Dabit etiam operam, ut institutam, sed diversis itineribus aliisque impedimentis aliquantisper interruptam Locorum Theologicorum expositionem redordiat & pertexat., Wintersemester 1674/1675

Andreas Frölingivs, quantum per multiplices muneris Ecclesiastici occupationes licebit, expositioni librorum Novi Foederis sedulo vacabit, nihilque intermittet, quo studia sacra tractantium desideria se juvare posse intelliget. Docet hora IX., Sommersemester 1675

Andreas Frölingivs studiosorum Philosophiae commoda sive praelegendo, sive alia, qua poterit, ratione promovere perget, donec a Serenissimis Principibus, Dominis ac Nutritiis Nostris clementissimis, successor sibi datus & constitutus fuerit., Sommersemester 1675

[...] aliisque exercitiis pro re nata, instituendis, quantum variae muneris ecclesiastici occupationes permiserint, sedulo vacabit., Wintersemester 1675/1676

Andreas Frölingivs S. Scripturarum Novi Testamenti, atque inprimis Textuum, qui diebus Dominicis ac Festis in publicis ecclesiae conventibus ex veteri instituto praelegi & pro concione tractari solent, expositioni, [...]. Docet hora IX., Wintersemester 1675/1676

Andreas Frölingivs juxta varios muneris ecclesiastici labores operam quoque sedulo dabit, ut studiosae juventutis commoda cum praelegendo, inprimis autem N.T. libros exponendo, tum aliis, quibuscumque poterit, modis promoveat., Sommersemester 1676

[...] Insuper operam sedulo dabit, ut privatis etiam diatribis industriam suam ostendat., Wintersemester 1676/1677

Andreas Frölingivs publicas in Novi Testamenti libros praelectiones, multiplicibus muneris ecclesiastici cum ordinariis tum extraordinariis occupationibus aliquandiu sufflaminatas, eo majori deinceps urgebit assiduitate, quo magis molestum ipsimet accidit, quod studiosorum juvenum commodis isthac parte ex voto animique sui sententia, pro more alias sibi consueto, inservire non licuerit. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Quod si muneris ecclesiastici occupationes permiserunt, ut insuper privata quadam opera studiosorum commoda promoveat, sedulo annitetur., Sommersemester 1677

Andreas Frölingivs D. publicas in Pericopas Evangelicas, diebus Dominicis in Ecclesia praelegi & explicari solitas, praelectiones continuabit. [...] Docet publice hora IX., Sommersemester 1677

[...] Quod si etiam privatim Studiosorum commodis ulla ratione poterit inservire, non patietur in se quicquam desiderari., Wintersemester 1677/1678

Andreas Frölingivs D. in Pericopas Evangelicas, diebus Dominicis in Ecclesia praelegi & explicari solitas, praelectiones publicas continuabit. [...], Wintersemester 1677/1678

Andreas Frölingivs D. publicas in Pericopas Evangelicas praelectiones continuabit, operamque sedulo dabit, ut proximo semestri non illas tantum ad finem perduxat, verum etiam alius argumenti diatribas exordiat. [...], Sommersemester 1678

[...] Si qua ratione privatim quoque studiosorum juvenum desiderii inservire poterit, promptum se paratumque exhibebit., Sommersemester 1678

Andreas Frölingivs D. simulac ad pristinam valetudinem, quod breviter futurum sperat, redierit, propediem significabit, quid publice lecturus sit., Wintersemester 1678/1679



Academicarum, 22.03.1664

De Deo Lumine Rationis Cognoscibili Disputatio Philosophica, 20.08.1664. VD17 3:315305T

De Medio Syllogismi Termino Inveniendō Disputatio Logica, 28.11.1663. VD17 23:246951Q

De Postpraedicamentis Disputatio Logica, 23.12.1663. VD17 23:246953E

Peri Metabaseōs Eis Allo Genos Seu De Saltu In Aliud Genus Disputatio Analytica , 06.09.1662. VD17 14:674373V

De Praedicamentis Disputatio Prior, 1662. VD17 23:653106A

De Praedicabilibus Disputatio Logica II., 10.05.1662. VD17 23:620697W

Positiones Logicae Quas maximam partem ex praelectionibus Andreae Frölingii ..., 30.04.1662. VD17 23:335047Z

De Praedicamentis Disputatio Posterior, 16.09.1662. VD17 23:335042M

De Oppositione Enunciationum Exercitatio Logica, 30.11.1661. VD17 23:234752Z

De Natura Logicae Disputatio II, 28.01.1660. VD17 547:671213N

De Natura Logicae Disputatio I., 31.08.1659. VD17 547:671209B

De Summo Hominis Bono Civili Disputatio, 02.04.1659. VD17 3:021920E

De Prudentia Exercitatio Philosophica, 30.09.1659. VD17 1:045611P

De Natura, Divisione, Origine, Et Progressu Philosophiae, Cum primis Aristotelicae, Variis Item Philosophorum Sectis, 30.04.1658. VD17 3:021944Y

De Elementis Disputatio Philosophica, 27.03.1669. VD17 23:688643N

De vero et falso Disputatio philosophica, 1665

de quaestione an pneumatica sit peculiaris et a reliquiis scientiis praesertim a metaphysica distincta scientia Dissertatio , 1665. VD17 3:696709G

De Humanae Cognitionis Initiis Dissertatio Philosophica, 03.04.1667. VD17 23:246991R

De Praedicamentis Disputatio Logica, 06.04.1661. VD17 3:021960F

De Principio Et Principiato Disputatio Metaphysica, 31.07.1658. VD17 1:077841N

De Virtutibus Mentis Disputatio Philosophica, 30.06.1656. VD17 1:053852C

### **Beteiligung an Dissertationen (3)**

Respondent in: Homborg Johann (Präses): De Potentia Et Quibusdam Eius Divisionibus Disputationum Metaphysicarum Quarta, 15.11.1651. VD17 23:238497Q

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio decima De sacrificio missae, 08.05.1652. VD17 3:010365D

Respondent in: Friedrich Ulrich Calixt (Präses): Disputatio theologica De sanctissimo trinitatis mysterio, 03.07.1673. VD17 23:248103N

### **Reden und Programme (3)**

Andreas Froeling: Programma Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:246343R

Andreas Froeling: Programma Festo Nativitatis Jesu Christi Servatoris Nostri. VD17 23:232654A

Andreas Froeling: Disquisitionibus Logicis publice instituendis praemissum. VD17 23:622791Q

### **Beteiligung an Reden und Programmen (2)**

contributor in: Melchior Schmid: In Obitum Perquam Reverendi Ampliſimi & Clariſimi Viri Christophori Schraderi Praepositi Bergensis & Eloquentiae in Academia Iulia Professoris ..., 21.05.1680. VD17 39:101798W

contributor in: Melchior Schmid: Programma in quo de Cl. Aeliani Variarum Historiarum libris quaedam praefationis loco traduntur, & ipsius Aeliani vita a Philostrato descripta exhibetur : ad Graecarum Literarum & variae eruditionis Studiosos In Acad. Iulia. VD17 23:258450S

### Rechenschaftsberichte

Zeitraum	28.02.1658–28.02.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Martio ad operas reversus dissertationes de natura origine et progressu philosophia, nec non variis philosophorum sectis superiori anno inchoatas, continuare coepi, omnibus postea diebus lectionibus publicis destinatis, officio meo functus. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 32
Zeitraum	31.03.1658–31.03.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Aprili Dissertationes superiore mense continuatas absolvi. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 33
Zeitraum	03.05.1658–03.05.1658
Text	Anno MDCLIX / Die III Maii Logices explicationem auspicatus sum in eadem deinceps progressus usque ad festum pentecostes. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 34
Zeitraum	31.05.1658–31.05.1658
Text	Anno MDCLIX/ Mense Iunio post ferias Pentecoste Logicas lectiones habere perrexi. / Aliquot vero interceperunt privata et publica Candidatorum philosophiae examina, nec non actus promotionis. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 35
Zeitraum	01.07.1658–29.07.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Iulio / In praelectionibus Logicis progressus docui diebus I, II, V, VI, IIX, IX, XII, XIII, XV, XVI, XX. / Die XXII Cessatum est ab operis pomeridianis ob impedimentum toti ordini professorum commune. Perrexi itaque die XXIII, XXVI, XXVIII, XXX. / Diem XXIX permit [?] negotium aliquod maxime necessarium. / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 36
Zeitraum	09.08.1658–31.08.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Augusto / Continuavi praelectiones primis Mensis diebus usque ad IX. Cum vero unam cum quibusdam sequentibus impendere necesse habui diatribis Metaphysicis absolvendis: Quod id [?] valde cuperent Auditores, nec vero aliam illi rei horam tribuere heretitate [?]. / Die XXII Cessatum est a praelectionibus ob mutationem ViceRectoratus. / Die XXVI Ad publicas operas sum reversus eaque continuavi die XXVII. / Diebus XXX et XXXI

Quelle	Officio fungi non potui ob catarrhum fauces obsidentem, eumque tam grandem ut omnem fere loquendi usum interciperet. / Andreas Frölingius 37 Alt 2491, Fol. 37
Zeitraum	01.09.1658–23.09.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Septembri / Diebus I et III Adversa valetudine sum prohibitus, quo minus legere pouterim. / Diebus VI [et] VII Erant nundinae. / Die IX Coepi integretari ea, quae ab Aristotele libro περὶ ἐρμηνείας et inde promta à B. Horneio sub initio libri 2 compendii dialectices [?] traduntur. Perrexi diebus X, XIII, XIV, XVI, XVII, XX, XXI, XIX [et] XXVII. / Die XXIII Habita est disputatio inauguralis. / Die XXIX Qui erat profectus Michaelis itidem fuit disputatum. / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 38
Zeitraum	30.09.1658–13.10.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Octobris / Post ferias à festo Michaëlis concessas doctrinam de propositionibus superiore mense coeptam explicare perrexi. / Diem XII Exemit funus Academicum. / Die XIII Ad parentem gravi morbo correptum profectus secutis deinceps illius mensis diebus legere non potui. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 39
Zeitraum	09.11.1658–16.11.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Novembris / Ex patria ad parentem ex morbo graviter decumbentem profectus fueram, redux ad praelectiones etiam sum reversus die IX Quas continuavi die XI [et] XII. Diebus XV [et] XVI Fuerunt nundinae. Reliquis huius mensis diebus cessatum est ab operis publicis ob habitam, academis indultu, librorum auctionem. Duas disputationes hoc mense publice habui alteram moralem de amicitia, alterum physicam de qualitatibus primis. / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 40
Zeitraum	02.12.1658–13.12.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Decembris / Ad operas auctione interruptas redii / Die II Quas tamen ob grave aliquod symptoma, omnem loquendi usum intercipiens per aliquot dies videlicet III, VI, VII, IX, X iterum intermittere coactus sum. / Die XIII Habita est disputatio inauguralis. Inde praelectiones usque ad festum Natalitium Domini Nostri continuavi / Andreas Fröling
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 41
Zeitraum	18.01.1659–31.01.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Ianuario / Post ferias ad praelectiones logicas sum reversus die XIIII / Quas continuavi diebus XX, XXI, XXIV [et] XXV quo ipso doctrinam de Enunciationibus absolvi. Die XXXI auspicatus sum explicationem doctrinae de Syllogismo / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.41; 122

Zeitraum	02.02.1659–28.02.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Februario / Pridie Purificationis Mariae non legi / cum publica etiam haberetur disputatio / Perrexi itaque in coepta superiore mense doctrina de syllogismo explicanda diebus III, IV [et] VII / Die IIX nuptiis interfui. / Die X ob intensum frigus et quod indicium facere famulus neglexisset, auditoribus destitutus non legi / Die XI continuavi praelectiones / Diebus XIV [et] XV non legi ob ferias quadragesimales / Perrexi vero legere diebus XVII, XIIX, XXIV, XXV [et] XXIIIX / Dies XXI et XXII exemit publica librorum auctio. Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.42; 123
Zeitraum	01.03.1659–25.03.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Martio / Continuavi praelectiones diebus I, III, IV, VII, IIX [et] X / Diem XI curae valetudinis impendi / Perrexi diebus XIV [et] XV et partem Logicae communem, quam vocant, absolvi / Die XXI [et] XXII fuerunt nundinae / Die XXIV, XXV non legi ob festum annunciationis Mariae. Reliqui Mensis dies incidunt in hebdomadem magnam / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.43; 123a
Zeitraum	31.03.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Aprilis / Post ferias Paschales ad operas reversus omnibus deinceps secutis diebus lectionibus publicis destinatis officium feci praeter unum, quem Consistorium publicum propter occisum studiosum institutum, exemit / Andreas Frölingius.
Quelle	37 Alt 2492, fol.44
Zeitraum	02.05.1659–20.05.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Maio / Perrexi in docendo diebus II, III, V, VI / Die IIX ob preces publicas / Die X ob disputationem inauguralem in Facultate iuridica non legi / Die XII festum Ascensionis Domini celebrabatur / Hinc continuavi lectiones diebus XIII, XVI, XVII, XIX [et] XX / Reliqui dies feriati fuerunt / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492, fol.45
Zeitraum	07.06.1659–30.06.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Iunio / Post ferias pentecostales ad lectiones redii die VII / easque continuavi diebus IX, X, XIII [et] XIV / Die XVI habite est disputatio inauguralis in facultate Medica / Dies XVII et XX negotia academica exemerunt / Perrexi igitur die XXI / Die XXIII erat profectus / Die XXIV Iohannis Baptistae sacer. / Hinc docui die XXVII [et] XXIIIX / Die XXX pp. auctionem librorum institutam, cui Auditores intererant, non legi / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492, fol.46
Zeitraum	01.07.1659–14.07.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Iulio / Die 1 non legi quod profectus is esset, ex disputationibus publicis occupatus / Perrexi, igitur in doctrina Logica explicanda die IV / Deinceps vero cessandum fuit aliquot diebus / et Vto

- quidem ob mutationem ViceRectoratus / VII ob disputationem inauguralem in facultate Medica / IIX ob librorum auctionem / XI et XII ob nundinas oppidananas / Inde redii ad officium die XIV / idque facere perrexi die XV quo ipso Logicae explicationem ad finem perduxi / Postea cum ob reparationem veteris collegii nulla hora mihi consuetus publicus locus ad praelegendum vacaret / reversusque ex itinere Dominus Collega suam sibi assignatam, qua ipso peregre absente hactenus fueram usque repeteret / in domestico auditorio, iuxta Metaphysicas diatribas aliquo usque iam productas compendium dialogi Beati Horneii interpretari institui / quas operas deinceps singulis diebus continuavi / Andreas Frölingius
- Quelle 37 Alt 2492, fol.47
- Zeitraum 01.08.1659–30.08.1659
- Text Anno MDCLIX Mense Augusto / Primis huius mensis diebus et Metaphysicas et paulo ante inchoatas logicas praelectiones domi habere perrexi / Postquam vero illa die VI absolvissem / die IX artem demonstrandi publice tradere agressus sum / Quod ipsum usque deinceps continuavi, nisi quod duos dies XII et XXVI disputationes inaugurales / unum XXX promotio in facultate iuridica exemerunt / Andreas Frölingius
- Quelle 37 Alt 2492, fol.48
- Zeitraum 01.09.1659–23.09.1659
- Text Anno MDCLIX Mense Septembris / Die 1 non legi ob nuptias Domini Collegae Doctoris Glaeseri / Aequae die 11 ob insignem horologii errorem, atque etiam neglectum, quod campana dari solet, indicium / Diebus V et VI fuerunt nundinae / Die[bus] IIX et IX eripuerunt nuptia filio Domini Doctoris Conringii / Post secutis diebus in officio fui usque ad festum Michaelis / Die vero XXIII inpeditus sum per Consistorium privatum / Andreas Frölingius
- Quelle 37 Alt 2492, fol.49
- Zeitraum 11.10.1659–28.10.1659
- Text Anno MDCLIX Mense Octobri / Post ferias autumnales cum ad operas publicas die X reversus essem / eas continuavi die XI / Die XIII fuit promotio in facultate iuridica / Die XIV valetudinis cura exemit / Legere perrexi die XVII eoque doctrinam apodicticam absolvi / Die XIIX doctrinam de Sophisticis elenchis explicare coepi / perrexi diebus XX [et] XXI / Die XXIV et XXV officium facere exhibuit catarrhus ac [?] sanus elapsus / Post continuavi praelectiones diebus XXVII et XXIX quo ipso explicationem doctrinae de sophisticis elenchis, atque interpretationem [?] disciplinae Logicae ad finem perduxi / Andreas Frölingius
- Quelle 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.50; 159
- Zeitraum 31.10.1659
- Text Anno MDCLIX Mense Novembri / Postquam cum superiore mense interpretationem disciplinae Logicae absolvissem, statim sub initium huius Clementis Cornelii Martini tractatum, de analysi Logica inscriptum explicandum et publicis disputationibus ventilandum suscepi / Quod negotium deinde prout debui, [gessi] / nisi quod unum diem disputatio inauguralis medica / unum vel alterum exercitium anatomicum exemit / Quos

Quelle	etiam feriatos fecerunt nundinae oppidanae / Andreas Frölingius 37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.51; 158
Zeitraum	01.12.1659–10.12.1659
Text	Anno MDCLIX Mense Decembri / Hoc mense cum alias officium fecerim, non legi tamen die uno ob habitam disputationem inauguralem medicam / uno ob actum promotionis in facultate medica / uno ob intensissimum frigus / uno ob hospitis agnati, qui e patria huc venerat, praesentiam / Die X prima duo capita tractatus de Analyti logica publico examini sunt subiecta / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.52; 157
Zeitraum	31.12.1659
Text	Anno MDCLX Mense Ianuario / Exactis feriis hiemalibus operas publicas iterum auspicatus sum die XIIX publica disputatione ad capp. 3 et 4 tractatus Cl. Cornelii de analysi Logica instituta / cumque in XIX diem mutatio ViceRectratus incideret, die sequente XX lectiones habere coepi / quas deinde usque continuavi / unam vero et alteram partim publicum consistorium partim aliud necessarium negotium impedivit / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2493, fol.43
Zeitraum	31.01.1660
Text	Anno MDCLX Mense Februario / Hoc mense semper in officio fui / nisi quod duos dies curandae valetudini impendere necesse habui / Ter etiam publice disputavi, semel de Natura logica, bis ad Tractatum Cornelianum esse analysi Logica / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2493, fol.44
Zeitraum	29.02.1660
Text	Anno MDCLX Mense Martio / Perrexi in explicatione Tractatus Cornelianum de analysi Logica cumque partem eius primam die XV ad finem perduxissem, interposita per unum alterumve diem cessatione ad secundam accessi, eiusque interpretationem postea continuavi / Uno vero die legere prohibitus sum per publicum consistorium / Habui hoc mense publicam disp. ad ultima capp. partis primae Tractatus de analysi Logica / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2493, fol.45
Zeitraum	30.06.1660–31.08.1660
Text	Anno MDCLX Mensibus Iulio, Augusto, Septembri / Cum mense praeced. per aliquot septimanas peregre abesse necesse habuissem indeque sub initium mensis Iulii domum redissem, die statim sexto ad operas etiam reversus Compendium Dialectices Beati Horneii publicis praelectionibus explicare denuo institui / Quod negotium ex eo tempore urgens non ordinariis tantum diebus publicisque praelectionibus destinatis verum etiam ut ea quae ob iter omissa erant, compensarentur, extraordinariis plerisque usque ad festum Michaelis continuavi / Mensibus Iulio et Augusto quatuor disputationes publice habui in Cornelii Martini de Analyti Logica tractatum. Andreas Frölingius

Quelle	37 Alt 2493, fol.46
Zeitraum	30.09.1660–30.11.1660
Text	Anno MDCLX Mensibus Octobri, Novembri, Decembri / Mense Octobri integro primisque aliquot Novembris diebus ob necessarium iter in patriam susceptum consueta munia obire non potui / Itinere [?] vero postquam redissem, ad publicas etiam operas statim sum reversus, ac ea quidem ratione, ut deinceps usque ad festum Nativitatis Servatoris Nostri ex ordinariis omnibus et extraordinariis plerisque diebus eas continuaverim / [nachträglich zugefügt mit gleicher Hand:] Nisi quod unum et alterum disp. inaug. et promotio in facult. Theolog. exemerunt / Andreas Frölingius
Quelle	37 Alt 2493, fol.47

### Zitierhinweis

Prof. Andreas Froeling. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-77-froeling> [06.07.2026]